

MALVEZZI  
DE' MEDICI

BIBLIOT. **F** 800.068A

33/51

LVDVS SCHOLASTICVS  
SIVE

PRÆMIATA PALLAS

VBI

Renouatum Aureo de Pomo Iudicium,


ET

Victoria Palladi adiudicata

A IACOBO CVCCHIO

*In suo Lyceo.*

XVI. KAL. APRIL. MDCXLIV.



BONONIÆ, Typis Io. Baptistæ Ferronij 1644.  
Superiorum permissu.

9  
33/  
51

33  
51

LADVS SCHOLASTICVS  
 SIVE  
 PRÆMIATA PALLAS  
 VBI  
 Reuerenti Aucto de Tomo Indictum  
 ET  
 Victoria Palladii aduicta  
 A IACOBO CVCCHIO  
 In suo Opere.  
 VII. K. AL. APRIL. MDCXLII.



BONONIÆ Typis Jo. Baptistæ Ferronii 1644.  
 Specimen perennit.



ILLVSTRISSIMO  
 & Reuerendissimo P.  
 DOMNO THADÆO  
 PEPVLO  
 Abbati, & Visitatori inter Oliuetanos  
 Dignissimo Felicitatem.  
 IACOBVS CVCCHIVS.

**I**N Virtutem peccare tuam mihi viderer, Illu-  
 striss. & Reuerendiss. PRÆSVL, si, qua in  
 Præmiata Pallade verba publicè feci, minùs  
 tibi, qui felicibus doctæ Palladis auspicijs eò te  
 sustuleris, unde cætera despiciere possis, quæ pre-  
 siosa sibi putant alij ad volupta em, vel ad vi-  
 litatem alij iucunda sibi proponunt, probata censerem. Et, quia suc-  
 censuere mihi subrata luno cū Venere, visaq; fuerunt, & audite  
 tuum ad Tribunal pronocare, conditionem accepi, conscius habi-  
 surum Te ratam, quam Palladis in gratiam pronunciaui senten-  
 tiam. Nec latum quidem unguem hac à pronocatione Pallas di-  
 scessit, non ignara tam iustum experturam se Iudicem publico,  
 quam sibi fauente privato Te toties sensit Iudicio. Sed ut, me Iu-  
 dice, causa ceciderunt, sic nihilo meliorem sub Te spero renocan-  
 das in Sortem. Virtutum agmina, tuam quæ stipās mentem, Dea-  
 bus

bus ab iratis tam abhorrent, quam Divina Palladi se fatentur  
obstrictas. Spem indicavi; Iudicium expecto, ne qui Paridem cri-  
minari volui, maiori sim forte culpandus crimine. Vnae saltem  
Paridi me superiorem credo, quod rudes inter Pastores non altus,  
nec educatus potui, quin & debui persentiscere natura quid ma-  
gis aptum, quid ad Honestatem, & ad Virtutem magis conue-  
niens. At cur de me ipso, quae de Te praedicari debeo, mihi arrego?  
Minora sunt ista, ut de Te publicari oporteat; superlatationem me-  
rentur, quae de tuis dicenda meritis forent. Totas Tibi relinquit  
Athenas cum Olyua communes Pallas: nec mediocriter ambit, ut  
imposterum ad solam texendi artem per Te adducatur, unde con-  
tra secundam pugnet, & triumphet Arachnem. Et si, quod à me  
premium accepit, nondum Tibi tradidit, brevis Sapietia, Pruden-  
tia, Pietati Tuae Aureum Pomum ab ipsa collatum non dubito  
quin videas. Omnia dixi verbose magis, quam facunde. Hoc so-  
lent pueri. Affinitatis Vinculum, Urbanitatis iura, leges obsequij  
postulant, ut quantus, quantus ego sum, me Tibi si stam, impetra-  
urus abs Te, ut, quem admodum Palladem, & de Pallade bene-  
merendi cupidum Iudicem statuisti tandem in tuam recipere si-  
deret, ita meum hoc leuicentis opusculum, munusculumq; tuo di-  
gnis patrocinio, & Ingenij mei tenuitatem in ea, quam exco-  
lo, Sparta, summa tua humanitate habeas excusatam, tuaque  
auctoritate, ad summos dignitatum apices contendente facias  
subleuatam. Bene vive, bene Vale.

Ex Lycco. 16. Kal. Apr. 1644.



## HOC IN LVDO SCHOLASTICO

Personam sustinet

- Iudicis.* Iacobus Cucchius.  
*Iunonis.* Laurentius Pinus.  
*Palladis.* Dominicus Maria Guidottus.  
*Veneris.* Ioannes Baptista Samperius.  
*Mercurij, Fame, Chori.* Musici non inele-  
gantes, nec iniucundi.

Tu nihil inuita facies, dicetue Minerua. *Hor. in Art. Poet.*  
Magni Decus, Ingeniumq; Parentis. *Stat. 2. Theb.*  
Κλύθι με ἐυχόμενον Τεχνῶν μήτηρ πολύολβη  
Ἡματα, κ' ἐνύχτας αἰεὶ Νικηφόρῃ δαίμον. *Orph. hym.*

---

V. D. Octavianus Finatius Poenitentiarius pro Eminentiss. &  
Reuerendis. D. D. Principe Card. Columna Archiepisc.  
Imprimatur. D. Hieronymus Bendandus Monach. Casinen.  
S. Theol. Professor publicus, & S. Inquisit. Consultor pro  
Reuerendis. P. Inquisit. Bonon.

MEI

7  
MERCURIUS

Προλογίζεσθαι.

**I**terum caelo Superum fidus  
Missus ab alto Nuncius adsum;  
Nec vanus eris lapsus in orbem;  
Iuppiter urget, Diuumq; chorus  
Venerem exosus, quod fronte tumens,  
Formaq; procax, ausu nimio.  
Reliquas soleat temnere Diuas  
Ob pretium ingens Aurei pomi,  
Quod iniqua habuit conditione,  
Cum Paris olim Monte sub Ida,  
Non satis aequo Iuaex voto,  
Et rationis lumine captus  
Pretium iussit Cyprida ferre.  
Altera lis est, Iudiciumq;  
Nunc subeundum. Mibi quarendus  
Est locus, & quem fata reposcunt,  
Qui pretiosum non magis pulchra  
Reddat pignus, sed meliori,  
Et qua plures conferat usus  
Hominum stirpi, queis super astra  
Scandere possent, Ambrosiaq;  
Superum vesci, laudis pleni,  
Clariq; bono nomine fama.  
Iam quia nullus cernitur Orbem  
Mibi per totum commodus esto  
Plus esse locus, gressus ultra  
Ferre recuso; quamquam possem  
Ocyus Ento, remige penna

Li.

Liquidos caeli scindere campos,  
 Alioq; vehi praepete cursu:  
 Hic nulla vagis aera ventis  
 Patet, ut portentis verba Dearum,  
 Si qua fuerint irata nimis  
 Omnium ad aures, dictaq; probra.  
 Valeant umbra, valeant rini  
 Verticis Idae, Zephyrig; leues;  
 Satis esse locus pro celebrando  
 Pondere tanta litis amenus.  
 Et, nisi fallor, talem Aluionans,  
 Reliqui missis partibus Orbis,  
 Mihi prae dicit, quem reperirem;  
 Atq; ubi se se cernenda darent  
 Signa futuri Iudicis aequi.  
 Illum nullo delige, dixit,  
 Dubio, cuius patrium Stemma  
 Nata sororis Lilia lacte,  
 Venerisq; Rosas sanguine tinctas,  
 Castaq; micans Palladis Aurum,  
 Quod pluit astris eius in ortu,  
 Referat; quin, si praesagam illis  
 Venturorum volucrem annorum,  
 Qua cognomen publicat Orbi,  
 Videris, & si nomina signis,  
 Quae te doceo, respondebunt,  
 Dicitis ealem, quem fata pesunt.  
 Improbus illum labor exercet,  
 Velut Athletam. Cum puerilem  
 Faciem cernes, cernes animos  
 Plus quam in Phrygio Iudice magnos;  
 Non ablimilis, qui super astra  
 Alite raptus, Sacra ministrat

Mibi

Mibi Diuorum pocula Regi.  
 Oculi vibrans lumina Solis.  
 Aurora genas roscida vestit.  
 Vultus loquuntur, quam fouet intus  
 Mentem audendi grandia facta.  
 Hoc ego iuro vinci posse  
 Natum Alimena, licet à toto  
 Orbe fugaris, proprio monstra  
 Robore; vel quem vi Fa vo cauit  
 Africa merito nomine fulmen.  
 Quod si dubitas, consule sortes,  
 Non procul absunt, vera docebunt.

Ista fuerunt mandata Iouis;  
 Sed quia sortes non procul esse  
 Mihi praedixit; querere malo,  
 Ne forte vager perditus illuc,  
 Atq; huc pernox. Ni fallor ad se,  
 Vbi Curtina est sortita locum.

O Phæbe sacer, si tibi gratus  
 Maia genitus, vota secunda,  
 Gressusq; meos dirige, quò me  
 Virgenti summi mandata Iouis.

## APOLLINIS ORACVLVM:

Mercuri, sub quo dociles magistro  
 Callidas mentes acuiunt caterua  
 Gentis humana, modo cur ad aras  
 Anxius haeres?

Fata quem poscant, Iouis, & Deorum  
 Nuncius querit, pretio Dearum  
 Optima dando; Stimulante mentem  
 Poneve Virgam:

B

Lui-

*Quiq; per furtum cupiet iocosum,  
Ductus exemplo tibi consueto,  
Per dolum ridens procul amouere,  
Hunc sibi poscunt.*

## MERCURIUS

Videns sibi depositam subripi Virgam à Iudicè,  
accurrit ad ipsum, dicitq; .

*Inueni, inueni: grates tibi Phæbe rependam,  
Quando voles per me ferri tua iussa per auras.  
Interea succede Puer, quò te inclita Virtus,  
Quò te cura Iouis, Superum quò numina poscunt.  
O te felicem nimium, tua si bona noris,  
Blande Puer, melior puero Phryge, montibus Ida  
Qui pretium Veneri non aquus detulit; illud,  
Sic superis visum est, iterum tu redde Dearum,  
Optima qua per te censetur; mente sed aqua  
Si facias, nemo fuerit te Maior in orbe,  
Atq; tuum sublime decus, nomenq; volabit  
Remigio, sed voce magis super aethera Fama.  
Hic requiesce, Deas donec tibi sistere cernas.*

## I V D E X

Dum progreditur ad locum, vbi debet expectare,  
donec conueniant Deæ, Gratias agit Mercurio.

*Haud tanto, Ioue nate, equidem me dignor honore;  
Nec merui; meruere magis, qui robore præstant  
Corporis, aut quorum vestis Prudentia canos,*

ANI

*Aut quibus est ingens doctæ facundia Lingua.  
Sum puer, in puero qua vis, qua viuida virtus,  
Quisue usus prudens, quænam experientia rerum?  
At diu res nimium, & præsentis plena pericli,  
Et superum in me odiû trahes hic temerarius ausus,  
Inq; mecum caput armabit sine lege furor.  
Hinc Paris, inde Midas facit, ut terrore repleta  
Mens dubitet, tantum captam, tenuamue laborem.  
Ibo tamen, quò fata vocant, genito auspice Maia,  
Quoq; vocas, iter aduertam; vel culmina Pindi  
Aut Athon, aut Rhodopen, aut alta Cerannia nudo  
Me gressu tentare iubes; nam spernere iussa  
Callicolum nunquam expedit mortalibus agris,  
Et, duce te, audaces animos Fortuna iuuabit,  
Quòdquidem mihi tam cecinit sic Augur Apollo,  
Sic mihi de trino cantauit culmine Coccyx.*

## MERCURIUS

Discedit; remanet sedens Iudex; interim Chorus  
gratulatur Principi.

*Blande Puer, generose Puer, cui fata secundis  
Aspirant votis, quis te felicior, olim  
Viuida si virtus longos tibi prorogat annos,  
Quando atate tener Diuorum Iurgia placas,  
Et lites Superum immortales diuitis aquus?  
Sorte tua gaude. Meliorem Pergama sortem,  
Nec tot bellorum casus experta fuissent,  
Mens puero si non Phrygio tam leua fuisset.  
Sic tua te melior, Paridem unde insana libido  
Præcipitat, faciat Virtus super aethera notam.*

B 2

MER-

## MERCURIUS

Reuertitur ducens secum Iunonem, Palladem, &  
Venerem, quas dum fistit Iudici,  
sic loquitur.

*Hic locus, hic Iudex. Munus mea dextra referuat,  
Cui dederit Pueri melior Puer hic Phryge Pomum.  
Est aquas prabere tuum melioribus aures,  
Vocibus. Illa ferat, non qua pulcherrima, sed qua  
Optima sit, per te pretium Virtutis. Ab ore  
De forma sint verba procul, nisi mentis honestum  
Qua spectant decus, & specios; sic Iuppiter auctor.*

## CHORVS.

Laudes attingit Noui Iudicis, & meliorem ostendit  
esse animi pulchritudinem, quam corporis  
formam.

*Festis resonet cantibus Echo,  
Quando nostro est orbe repertus  
Arbiter aquus, quem forte Themis  
Inter canas docuit Iustum.  
Fac, vera canam; fac, certa loquar,  
O Blande Puer, Generose Puer,  
Vt te dicam dignum Aстреæ  
Munere lancis. Praefers anime  
Decus eximium corporis umbris?  
Si forma valet, non peritur a  
Forma valebit. Corporis ornat  
Speciem fucus tempore labens:  
Anima formam, mentisq; decus*

Nil

*Nil populatur. Nunquam Hygias  
Fertur ad umbras inclita Virtus:  
Quò si penetrat, pulchrior exit.  
Hi, puto, sensus inerunt menti,  
Si meliori pretium dandum,  
Melius quondam Pafore Phryge.*

## ORATIO VENERIS.

**H**è me perditam! heù me infelicem! Miseram me! vel  
Hex gratiosa vocum harmonia omen sinistrum, & numen  
infestum mihi conijcio. En, ille qui nuper iactabat mortales,  
vt pilas tonans Iupiter, eodem nunc ludo circumagit, & versat  
nos immortales Deas, dum ob pulchritudinem concessum mihi  
hi pomum illud aureum, ad alterius Iudicis reuocat a bitrium,  
quasi non illa ipsa digna sim tali nunc futura premio, quod pri-  
mo mihi iure partum fuit Iudicio.

Iudicis non incuso fidem, quem vt iustum spero, sic alte-  
rum Paridem mihi repromitto, ni careat oculis, non corporis  
inquam, vt cernat in me, quæ pulcherrima, sed mentis meliùs,  
vt eadem & optima cognoscat. Ita sortem damnare cogeret  
meam, ni prima, quæ firmavit animum fiducia, meo figeret  
pectori certam non indubitata spem Victoriæ:

Et herclè si quid amas, hoc habes à Venere, quæ mater A-  
moris. Vel Animæ, vel Corporis, vel Fortunæ bona secleris, ex  
primis argumentum amoris tui luculentam. Res verò quis a-  
met inutiles, quis iniustas, quis noxias? Aut quis Deorum in-  
spiret talia mentibus hominum? Deam me non ignoras, cuius  
imperium non modo tertia cælestium orbium capit sphaera,  
sed vniuersa cœli, terræq; moles meo addicta Numini, vires  
admiratur Veneris, reueretur potentiam.

Et prioris sanè iudicij dubiâ me faciebat exitus, cum mihi  
obuersabatur animo vtriusq; virtus æmula; Iunonis, dum sec-  
paris,



ptis, thesauris, opibus, ambitu Principum sibi subijcit animos; Mineruæ, dū armorū terrore, sapiētiae munere, & philologiae artibus fortissimos, & sapiētissimos quosq; in sua verba iurare adigit: cum tamen oculos in cœlū, in terram, in aquas, in inferos conuertit, nullam huius orbis, quæ longè, lateq; patet, circumspexi partem, quam meæ diuisionis non fecerim, meq; dominationi non subiecerim. Iuno scit ipsa, quid mihi debeat & Frater, & Maritus Iupiter. Non latet Palladem, quid iuris habeat in Vulcanum Venus. Nec Apollo splendet sine Venere. Nec strepitus inter armorum Venerem spernit Mauors. Nec creditis forte Neptuno Parenti parem me retulisse gratiam, post tot à Gratijs accepta per me beneficia inter regias Oceani liquidi sedes? Quid temperauit forentes Plutonis in reos ardores, nisi cum illustrauit Orci nigrantes umbras coruscans Proserpinæ raptæ splendor, quæ suo aduentu campos Auerni fecit Elysios? Vel ipsa Diana in Endymione dormiēte meum sensit beneficium, quo ceteri cum ipsa Dijs mihi plurimum obstricti, sedem in cœlis reliquerunt fulgentissimam.

Numera Deos, recense Deas, Heroas computa, numerabis Victorias, meos supputabis triumphos, si quis numerus infinitum capit.

Coelum vides? & hoc ipsum, quoddam tam varium, tamq; elegans est, meæ debet potentiae. Quem spiras aërem, per me spirare non negat. Terra per me viret, foecundatur, parit fructus. Si currunt flumina, fontes labuntur, aëtuat Pontus, si placatur, id omne mei Numinis aura præstant adspirante, vt, cuius rei desiderio flagrant immenso, potiantur; aut quia iam potiti sunt, rei quæficæ præsentis furantur, vtantur voluptate.

Aues, quæ suo garritu te compellant, optimam, orbisq; vtilissimam vt me credas, ab aëre non deuoco.

Mutum aquarum Vulgus vocalibus hinc, inde corporum agitationibus, continuam Veneris, quæ habui cum ipso com-

mu-

mune principium, beneficentiam vel ad aures vt eloquatur tuas, non accerso.

Quadrupedum, bipedum, repentium, ferorum, cicurum. concionem huc animalium, quæ de meis erga se beneficijs ferant sententiam, non est cur cogam: singula testantur, omnia profitentur nutu, cursu, sono, suspirijs.

Terram penetra mecum, si potes, sed cur non possis? cum oculatissimus rerum omnium, quæ nobis afferant, vel auferant præmium, debeas esse Iudex. Qui credis fieri, vt animalia sub immenso terræ pondere delitescant spiritum ducere valeant, nisi Veneris afflata spiritu, quem per impenetrabiles lucis, aëris, soli meatus ex me recipiunt, atq; concipiunt.

Quo suum modo referēt mortales principium. Ad opes Iunonis? quæ longa post sæcula fuerunt effossæ. Ad Palladis artes? quæ post varios temporum cursus, & labores immensos vix tandem excogitatae. Quæcunque sunt in rerum natura, vltro, vltro mihi acceptum referre tenentur omne quicquid sunt, omne quicquid & possident.

Illa ego sum, quæ non Iouis filia, nec Soror, nec Coniux, sed ab ipso quæ mundi exordio polum ipsum capite melius, quàm Orbem humeris Atlas, torqueo, sustineo.

Quare nolo me tam putes Popularem commento vulgare, quàm Cælestem illam, & Vraniam conceptu planè philosophico, & sapiente, quæ animorum conciliatrix, diuina cum voce nata (ipsa nisi vox diuina fuerim) sub Olympiæ nomine, aris, thure, sacris veteres inter culta sum, & venerata.

Amorem si spiro, totus ille purus est, vel si Palladem adames, vel tibi si Iuno placeat; vel enim Apostrophiae superfluus, & inanis censendus est titulus.

Miraris, vt credo, quod alteram ab illa, quam Phrygius olim Puer vidit, & audiit, me tibi faciam, tibi me sistam. Venus illa ipsa sum, quæ si oculis mētis, vt corporis cōspexisset, vtroq; modo non dubito, quin me pulcherrimam, simulatq; opti-

mam

nam iure pronunciaffet.

Herere te diutiùs non vult letitiæ, & felicitatis, qualè tu ambis, verè parès, quia scis, nec fallor, Philosophos sapièntissimos omne bonum in Voluptate quòdam posuisse, Virtutemq; censuisse ob eam rem esse laudandam, quod efficiens integra, ac sincera foret voluptatis; quæ tua, si me amas, & si per te præmium consequar, tua, inquam, fuerit, cum maximè tibi ardeat gratior adueniens in pulcro corpore virtus, quæ te felicem reddat, & fortunatum.

Nec adèdè putes Aristippos, Antipatros, Epimitides, Parabates, Ariceres, & Epicuros vero aberrasse a tramite, vt omninò sint contemnendi, cum ea in hæresi fuerint, neminem iucundè posse viuere, nisi cum virtute ab ipso viuatur, quo quid sanctius? quo quid rectius potuit vnquam præcipere vel diuinus Plato, vel Seneca Moralis?

Et certè Tempia, Sacra, Ara, Statuæ, Signa cœlestia Montium, Nemorum, Fontium, Urbium Consecrationes, Vota, Spolia ampla hinc, inde pendentia vanitatem loquentur antiquorum.

Erycinæ Veneris vim si perpendas, quid aliud tibi sum futura, quàm propugnaculum; vel, si mauis, habet ita me comparatam genus humanum, vt ad omnia veniam vocata, nec inuocata.

Nec iniuria Spartanis Inuentrix dicta, quid omisi apud illos tam austeros Virtutis amantes, quod per me boni nò commenti sint? Ex Cygnis, Poetarum delitijs id manifestè deprehendis, qui primi Sapientiæ Inuentores apud Superos æternam promeruerunt gloriæ sedem.

Armatam me, quò terrerem te hoc in congressu, vt aliàs sæpe, non professa sum. cur id enim uerò facerem, si magnum Robur ego saluta a Venus, referam semper Victorias, vel ipso Romanorum testimonio celebres, apud quos, non quod à me duceret originè, sub Victricis nomine colebar, celebrabar.

Nec

Nec idèdè primum velim cõfugere ad artificium, satis est, si nuda Martem, Palladem armatam, Iunonemq; de spe Victoriæ deiecerim; quod spero me toties præstiturâ, quoties aureo de pretio nobis erit cõtendendum; præsertim dum non corporis formam, sed Orationem, mentis imaginem, non minacem, neq; tectam, neque depictam, sed nudam motibus animi, sed artibus spoliata, sed opibus exhaustam tuuùs, quàm captiosa Palladis verba suis Rhetoricæ coloribus fucata; vel sinceriùs, quàm tumidum Iunonis sermonem, opibusq; pertrahentem, auriq; oculos perstringentis quocunq; vult suo fulgore cogentem, ad aures integras peruenire, nudosq; animi tui omni perturbatione liberi sensus pertingere, & penetrare permiseris.

Quod vltimum est, te nò natum ad armorum furias, furoremq; scito; humana ingenij tui indoles non videtur cõsentire cum sanguine, cum ferro, cum feritate; scito (inquam) te neq; natum ad solitarios desertorum secessus: humanitatis tuæ mores suauissimi nihil habent cum asperitate, cum rigore commune. Temne sceptrorum ambitionem: sperne solitudinem studiorum, quàm tibi Pallas hinc, vt præuideo, illinc Iuno pollicentur. Ego verò, quod possum per Myrteam nullo non tempore virentem capitis mei coronam, Principatum, Arma bellica, Ouationes, Triumphos; per Olores, quibus ad Concilia Deorum vehi sum solita, æternitatis gloriam, gloriæq; immortalitatem solidæ tibi promitto, tibi resigno, non amplius tuo iudicio misera, neq; perdita, nec infelix. Dixi.

### CHORVS.

Bona laudat Fortunæ, sed tamen præfertur ijs Virtutis studium cum Sapientia.

Tunc se Beatum dicitur

Regem, Regum publicat,

C

Calo

*Cæloq; dignum iactitat,*  
*Quicumq; fortuna bonis,*  
*Exuberante copia*  
*Agnos, domos, villas, manus,*  
*Ornatq; corpus sed magis*  
*Mentem replet. Laudo quidem,*  
*His si modestus viuitur.*  
*Nec negligenda celsum*  
*Sunt, qua pij mortalibus*  
*Elargiuntur munera.*  
*Quisquis tamen tales fugit*  
*Opes, honores, ambisus,*  
*Sortisq; ludum, non cum*  
*Abducis ignorantia;*  
*Sed vera cognoscens bona,*  
*Virtute contentus putat,*  
*Nil possidere, qui caret.*  
*Iam te Beatum predicat*  
*Noster Chorus, quando, Puer,*  
*Te per labores euebis*  
*Ad sola Virtutis bona;*  
*Qua possidere, hic omnia*  
*Subiecta nullis casibus,*  
*Et digna diuis Mentibus*  
*Est possidere, haud Dijs sine,*  
*Quis iam fruuntur, Dijs bona.*

ORATIO IUNONIS.

**S**ic animo mihi semper effingebam, aliquando futurum,  
 ut, lata ab æquo parum Iudice pertæsus Iupiter sententiæ,  
 properaret ad electionem secundi Iudicis, apud quem sanio-  
 re consilio, si nō pulcherrimæ, optimæ, saltem, potentissimæq;  
 præ-

præmium concederetur aureum. Nec id ipsum contra volun-  
 tatem, nec præter opinionem Iunonis accidit: nam secretas  
 non pridem consulturus fatorum sedes, sortelq; comitem sibi  
 me iunxit & Sororem, & Coniugem. Fata, quia tum primū  
 viderent me, assurrexere, & prehensa manu, quocunq; mihi  
 luberet, non grauatē me deduxere. Iam per singula voluerā  
 oculos, & tacito multa, sed memori sub pectore condideram,  
 vulganda, si Iupiter vnquam bilem mihi ciuisset, vel leuis-  
 simæ suppeditasset argumentū querimonix; cum, nescio dedi-  
 ta, necne opera, vt quotidie recrudescētis in Venerē, & Palla-  
 dē, in præcipiēda mihi pulchritudinis forma emulas, odij rigo-  
 rē attēperaret, difficilesq; molliret animi mei sensus in Deos,  
 Deas, Heroas, mortales vtriusq; sectatores Deæ gratiosos, ad  
 solum fatorum nutum, series ingens rerū exposita fuit oculis.

Nulla mora, ebulliens ignis iræ animo cessit, vt vidi vetus  
 illud NON LIQVERE subscriptum primo, quod celebra-  
 tum de Aureo pomo fuit Iudicium: continuoq; Iudicem  
 ad futurum æquorem, qui non externam tueretur for-  
 mam, sed internæ consuleret, atq; suffragaretur pulchritudini,  
 animaduerti. Viuā ibi ad miraculum, & expressam Iudicis ob-  
 seruati effigiem, ora, vultus; & qualem hoc loco veneror, ve-  
 nerando ibi tum colui silentio, tacitisq; votis in meam sum  
 visa pellicere sententiam, quem velut in secretis fatorum se-  
 dibus, sortibusq; conspexi iam inde fauentem: sic non est,  
 quod longiori verborum circuitu, animū in suam Iunonē pro-  
 pensum, mihi prouocandum suscipiam. Æquitatem expecto,  
 dum secundum subire conuenit Iudicium. Ad præmium quā-  
 diu spirabo, adspirabo; sperabo, nisi aliter Iudici visum, sub  
 quo si causa cadam, nunquam tamen præteritorum renouare  
 memoriā constituerim odiorū. Sat luit Paris; sat luere Troës.  
 Huc vsq; irarum mihi, poenarum fuit alijs satis. Pro pretio  
 pretium rependo, Coronas, scepra, purpuras, opes, potentiā,  
 voluptatem, felicitatem. Qui Principatus ambit alicuius di-  
 gni-

gnitatem, res illi tota cum Iunone. Imperiorum dominam à Rege hominum, Diuamq; Patre me colit secundam vniuersa cœli, terræq; moles. Summi, quem spe deuoras, honoris gradus, à nemine Deorum, Dearumue, quàm ab ea ipsa, quæ apud Te, Iudicem loquitur, Iunone tibi conferendus. Cæcutire te Venus, & Pallas arguent, nisi videas, quæ te sine controuersia Principem constituunt, quæ patrio per me gestas Insignia stemmate. Age porrò, cuius in tutela Coccyx ille tuus, Aër Cæruleus, Aurum, Lilia? Quicquid est, Iunonis est. Quod nomen Coccygi debeo Regium, illud Aër, illud Aurum, illud Lilia probant, reuerentur. Eum si patulis haurires auribus suos loquentem modulos, non dubito, quin percepturus esses omnia portendentē, quæ tibi libens, volensq; offero beneficia. Scilicet, meæ patrocinare causæ Avium Iunoni gratissima. Iudex, quem cernis, nondum expectorauit omnem ex animo sibi meæ causæ Iustitiam. Auem audire negligis? Ad Iouem prouoco, qui sub Coccygis effigie, pretium autoritate sua mihi adiudicabit aureum. Verùm quò feror? quasi non ijs polleam viribus, quibus Altitonans Pater? Patrem vocitent illum Mortales iuuantem, vel ipsum Iunonis nomen eodem me decorandam titulo, & honore colendam deprehendet. Nil te moror, vt apud omnes orbis vniuersi nationes quanti sim, intelligas. Vitam quisquis à Ioue sperat, idem prorsus beneficium à Iunone expectet. Hac quidem nec forte Parens, neq; tu frueremini lucis aura, nisi ter vocata audisset eiulatus, & vota, vagitusque tuos Iuno Lucina, & vtrumq; præsentis letho ademisset. Aërem si spiras, me per me spiras; in me per me viuas; me per me vides; in me per me moueris; occulta per me naturæ vis per purissimas viuificati sanguinis venas transfunditur, vt, quæ reliqua fæx hominum formidat, ea tu fortiter subeas pericula. Hinc si Iunonem audendi authorem Principum potentissimi sua vocauerunt in vota, id merito puta factum meo. Nec spes

sefel-

sefellit. Primo vitæ affectis beneficio, secundum non defuit non minus ipsis expetendum.

Opes adde Maieitati, quid potentius? quid optabilius? Quicquid vbiq; diuitiarum, quicquid vbiq; regnorum, id in Iunonis esse potestate, manuq; tibi persuade. Per me sapiunt, regnant, imperant, ditescunt, pugnant, vincunt, timentur, amantur, ni frustra me facit omnipotentem, cui nupta sum, Iupiter. Et vnde porrò amplio rem felicitatis gradum tibi potes conijcere, quàm ex Auro, quod gētilitium tibi præ se fert stemma? Aurea iam, si lubet, reducis secula, Saturno fortunatior, Saturno superis, & imis gratior. Eum, cui nihil desit, summum prosperæ fortunæ attigisse, nisi aberraueris mecum, censebis apertam.

Abundè iam dixissem, ni, quæ Mortalium mentes auertit aliò, quàm fallax sit opinio, ex tuo nutu audiendi te cupidum prospicerem. Hominum quædam natio in Iunonis opprobriū, odiumq; numinis, mea in genus humanum exprobrat, & improbat beneficia, vocitatq; quanta, quanta sunt, irritamenta malorum; quasi mortalium superi quærissent excidium, vt æternam eorumdem propagationem potius desiderent miris auctam modis, varijs ad id instructam artibus. Oblatrent Insipientes ipsi, quoad voluerint: nunquam Iunonis euellatur ex animo, quod altâ mente fixū est, vitâ illâ nemini exoptandam, quæ honoris, quæ diuitiarum, quæ voluptatis expers sit omnis.

Dic, age, quam te differre potes ab animantibus tu cæteris? ni fallor, inquires, Honoris cupiditate. Dic, age, quæ Voluptas humana diuinâ ad mentem propius accedit? ni fallor, inquires, quæ in honore versatur Iucunditas. Dic, age, quod est illud laudabile, & gloriosum, Continentiâ, & Æquitatē Rhadamanti quod vincit, quod Sisyphi antecellit sciētia? ni fallor, inquires, nil Diuitias præter. Ite modò, qui cōtemnit opes, potentūq; limina teritis, frequentatis. Ite modò, qui opulentū factus horretis, & ex inopia factum quæritis, aucupamini. Ite

mo-

modò, qui Voluptates Diuitum fugitis, neq; cessatis felicitatē  
persequi, donec cōsequi vos putatis, sed quā falsò, videritis.

Qui pecuniā comites indiuiduas fecit Virtutem, & Gloriā,  
Iunonis ad viuum potentiam expressisset, tertiam si adiunxisset  
Voluptatem: Sed, quam verbis non apposuit, in opibus ex-  
pressam ita vidit, vt actum agere visus esset, si vel indicaret  
quod oculis manifestè pateret. *Res scilicet omnis,*

*Virtus, fama, decus, diuina, humanaq; pulchris*

*Diuitijs parens, quas qui possederit, ille*

*Clarus erit, fortis, iustus, sapiens.*

*Liber, honoratus, pulcher, Rex deniq; Regum.*

Vno minor Ioue; immò Terminus nulli cedens, quia Iuno-  
nis in fidem receptus.

Ignoscite, quaeso, amica mihi Numina, quippe si vestrum  
vtraq; tales haberet oculorum radios, quā pulcherrima felici-  
tatis, quā elegātissima voluptas est hominibus Aurum, mea  
potentia; non dubiū est, quin aleretis infinitos amores, quin  
omnium animos ad vestrum pertraheretis Amorem; ego que  
iam de Victoria conclamatam putarem, & ego vobis patro-  
cinata, præmium adiudicarem. Et ne frustra me locutam  
credas, Iudex Aequissime.

*Et genus, & formam Regina pecunia donat,*

adeò vt illi seruiant omnia, ipsa nemini. Si Phrygius quon-  
dam Iudex formā Iunonis oculis, quibus inspexit Iupiter, in-  
tuitus fuisset, non iterū de pretio tam sollicitæ conuenissemus  
hunc in locum. At sempiternus fatorum Ordo quia nil frustra  
disponit, arbitrabor id ad maximam vtriusq; nostrū redunda-  
turam gloriam; ad tuam, quod equitas spectata fuerit tua vni-  
uersis; in meam, quòd præmium pulchritudinis olim negatum,  
nunc potentia debitum per te reportauero.

Nec nisi maximum Deos inter, mortalesq; bonū existima,  
quod hominū ex natura oculos ad se pertrahit, & animos vel  
nolentes; hāc & ob rem Currum, Pauones, Heben, Nymphas,

Nun;

Nunciam Admirationis filiam missas feci, nequa tuis arte illu-  
deretur oculis, imponderetur menti; ne te victū, victumq; au-  
reis illis catenulis, quibus hæsi aliās appensa, perducerent ad  
meam tanta perstrictum luce sententiam.

Maiestatis verò, Potētis, Virtutis, Opum, Gloriæ, Felicitatis  
deniq; Voluptatē ni facerem asseclā, vix scio, qui felicitate frui  
possem, cū omnes eius fructus in mētis oblectatione, quā cōfe-  
runt, quæ Iunonem circumstant Deorū Dona, consistere sen-  
tiā. Si queris, felicitas in auro num sita sitē sitā puta. Si rogas, an  
pecuniā voluptatem pariantē parere existima. Si postulas, an  
aurum, argentumq; vtilēs arbitrandi sint Dij? esse dicito. Si  
dubitas, an habeas à pecunijs animam, vt sanguinem? ita por-  
rò cogita, vt, qui non possideat, inter viuos mortuus obābulet.

Iam quid altius, quid gloriosius futurum reris tibi, quā  
Iunoni Monetæ inseruisse, te quid deceat ad conciliandos ti-  
bi Superos, iramq; Diuūm fugiendam admoniturā, quāmq;  
tuum posthac in consilium Deam adhibere omnipotentem?  
Quid felicius, quid vtilius, quid carius euenturum tibi censes,  
quā indulgisse Iunoni Solpitæ, cuius opera nihil aduersi tibi  
vel leuissimo sit nocumento, sed in tuum cōspirent omnia be-  
neficium, non absq; inuidēdo tuæ Voluptatis incremento?

Cōuerte iterum tandē oculos in patriæ Nobilitatis Aurēū  
stemma. Illa Lilia, Iunoniæ quondam Rosa, quas delicias, quas  
voluptates, quos iucunditatis fructus tibi nō promittunt? Quid  
illi Montes tibi portendunt, nisi certos ad verā gloriæ fasti-  
gium gradus? Quid illa garrit Auis? nisi famam tui nōminis  
perennem, quæ linguis tot, quot oculis remotissimos in orbis  
angulos melius, quā alis, Ingentes animos in paruo corpore  
tuo quondam vehet, & publicabit. Quid Aurēus ille splendor  
innuit? nisi te pares habere Cælitibus sedes ope Iunonis, teq;  
aureis in cælo aureo frui voluptatibus; quos ipse Iupiter tibi pos-  
sit inuidere ope Iunonis, & eorū in te conferri honores, quos  
ipsa Numina possunt queri tibi detractos, quibus colaris ope  
Iunonis.

Nec

24  
Nec me latet tua generosa magi indoles, quàm, ut velis capi delitijs pallidę Minerę fractis, aut ignocinãtibus speciosę Rosarum formę voluptatibus, quas tot inter spinas Venus producit.

Quod igitur spe deuoras Imperium, id abs Iunone accepturum tibi cõfide, si vim, virtutemq; meam, nulli secundam, omnibus superiorem iusto conceperis animo, alta pronunciaue-rijs voce, ut reddito non pridem fiat per te satis oraculo, quod ad aures tuas non dubium est, quin peruenerit, vnde habeas certissimum tui pro me recti, nec errantis iudicij fundamen- tum. Audi per Iouem.

*Si nunc Iudicium renouata lite, subirent.*

*Vinceret una duas Iuno - Moneta Deas.*

Quod quia prætiturum te video, sine labore, sine pugna, sine discrimine, præ solo pomi præmio, sum mum inter tuos Imperium iam tibi delatum per me arbitrare. Dixi.

### CHORVS.

Tu sola veras ad Opes, Voluptates, & Felicitatem Studia Pal-  
ladis, quàm Iunonis, & Veneris.

*O quàm te memorem, Mascula Pallas,  
Alti Progenies docta Tonantis,  
Cæli summus honos, Gloria Terrarum  
Per quam factorum soluitur ordo,  
Dum mortale genus post sua sortis  
Ignarum varia funera viuunt;  
Humanas per quam vera Voluptas  
Ingreditur mentes; pectora vera  
Complent diuitiq; nostra; superbia  
Per quam certa modo gloria iussa,  
Quisquis te sequitur, quisquis & ambit,*

Atq;

*inque Ambitiosa fugit Munera Divę  
Iunonis: nec non spernere vanas  
Illecebras Veneris discis, & audax  
Ad Cælos properat præpete penna,  
Qualem Virtutum fama superbes  
Suppeditat, inquamquam cognitus Astris,  
Viq; satis notas vixerit orbi.  
Talis eris quondam, Vota Minerarum  
Si tua secessent namq; labores  
Si qua parte graues sint, leniores  
Nos Virentis Amor Palladis arte,  
Et te felicem certius, ampla  
Quàm Iunonis opes, quamq; Voluptas  
Cyprigena Veneris reddet in Orbe.*

### ORATIO PALLADIS.

**N**Ec Pallas temerè, nec mediocriter sorti suę succense-  
ret, si quæ nullis adstricta sum legibus, nulliusq; man-  
cipata potestati, ad secundum, quod aureo de pomo transigi-  
gitur iudicium, satis licet volentibus, venisse me coactam cre-  
deret aliquis mortalium; quin herclè totis ab hoc confessu,  
modò Pallas ecclis abesset, nisi deploranda, quæ his oculis in-  
fortunia vidi: nisi miserandas, quas auribus hausi querelas: nisi  
lacrymarum, & sanguinis flumina (quorum pars magna cum  
Iunone fui) longè, lateq; torrentis in morem decurrentia, ceg-  
tam iniicerent animo spem consequendi sub æquiori Iudice  
Victoriam. Nolim benignum Iudicis animum luctuosa Tro-  
iani excidij commemoratione interturbare. Mihi satis est, si  
tuas ad aures peruenerit, uti Res Asiæ, Priami gens, Ilium su-  
perbum, Troia Neptunia ruerit ab alto culmine, quæ flammis,  
quæ ferro excisa, dissecta. Scilicet vnus iudicio, tam iniquo  
peperit tot discrimina Troianis, Græcisq; communis, scilicet

vnus

D

vnus

vnus præmio tam iniuste dato cæteros docuit, suo sapere periculo Paris, querulas cuius voces quasi præfentes vt audire videor, sic illum mihi persuadeo Palladis in gratiam fuisse pronunciatum, si rem ad secundum corrigisset illi reuocare iudiciu.

Sed gaudeat Priænus, si potest; fruatur, quas sibi retulit voluptatibus Paris, adiudicato Veneri Pomum. Habuerit Alexander Helenam, sit consecutus opes, regna, sceptrum. Quonam recidit raptus ille? Quid opes, quid regna, quid sceptrum valere? Amavit sic iussus, sed Amoris Dea talem vulnere luit gratiam. Didicit suo periculo, alienæ arbitram se non esse voluntatis, vnde tot iniuriæ, tot scelera, tot cædes in superum dedecus, odiumq; mutuam affore præuidebantur. Miseret me tui Paris, vt semper miserum est; quin æqui, boniq; consulo tuam propensioris erga me voluntatis significationem, tibiq; repromitto, me huius hastæ cuspide monumentum ære perennius in æternò memoriæ sano insculpturam. Certè licet ferius, sapuit tamen vt Phryges, hoc vno commiseratione dignus, quod dum scelus perpetraret, videre noluit; aut si vidit aliud, quàm quò decebat, auertit oculos.

Demus impetu iuuenili oculos, & mentem ad exteriorem corporis formam conuertisse. At cui bono? Rem teneo. Viderat elegantissimam in Venere formam. Deberi pulcherrimæ pomum legebat; sed non præcauebat eò relapsura Veneris promissa, vt minimum Voluptatis oblatæ momentum continuis luendum foret ipsi miseris, atq; ipsa morte grauioribus. Error, imprudentia, imperitia si crimen exculat, non purgat. Mentem non adhibuit in consilium, nisi consultam lingua præcarterit mentem. Furtum, Raptusq; promittitur mulieris; furto, raptusq; præmium adiudicatur. Oculi confodiunt Rationem: ratio censuræ subijcitur, oculorum, quod herclè non liberat Alexandrum graui crimine. Oculorum inualida sententia, vbi iustior pro Tribunali mens sedet Iudex. Ne dixeris sine mente Paridem, quandoquidem data

optio,

optio, arbitrum iudicio præstare arguit. Vel sanè nos dementes censendæ, quæ apud Iudicem de statu mentis deiectionem egissemus, orassemus. At si Mulieris rapiendæ promissum meruerit Pomum, quid futurum reputas, si Virginem intactam, nemini nuptam, integram tibi seruatam pollicor, tua fide dignam, meritis parem, tuis Virtutibus non inferiorem; quam si præsentem tibi fisti volueris, tibi non erunt mille parandæ rates, quibus raptam domum vehas, sexcentis non sine timoribus, sexcentis non sine periculis.

Ingens cupido, vt video, incessit animo; verum aduerte. Adolescentulū te facit ætas, sed saniori, credo, consilio, quàm fuerit Paris. Fidè authoritas, qua nostræ liti cerneris præesse, firmat. Porro ad aliā, quam corporis formam conuertendi sunt oculi. Quia sapi, animum tibi, & virginem promissam iam, iam tuere. Haud dubiè Palladem nouisse te iuuerit, quæ tibi Virtutem connubio iunget stabili, propriamq; dicabit, ad eò vt quæ vincula tuæ fidei Virtutem constringent, eadem tibi arctissimè deuinciant Sapienciam. Magis erit rata mea tecum fides, quàm cum Antonio Athenientium, qui Palladem illi suam occurrentes despondere coactam constituebant. Potui tunc eiurare, & rescindere promissum, quod lubens, volens, sciens, mei quoq; iuris, nō Athenis quidem, sed in hoc confes-  
su, dirimendæ per te litis teste sanctissimo, committo potestati.

Nec vnquam per Tonantem licuisset in secunda nobis ire vota, nisi meo consultum, suoq; voluisset honori: nisi decreuisset in merita suæ filix conferri decus præmij, cum Iunonis maiestatem præmio dignam suo iam fecerit, Venerisq; pulchritudinem iusta repensauerit mercede.

Nō te fugit ab ipso me louis cerebro sine matre prognatā, qui partus vt omnē superat Mortalium admirationem, ita luculentior bonorum, quæ in hominum commoditatem largitus est altitonans, mihi pars obtigit, quam nemo, qui corporis, fortunæq; bonis totus inhiat, vel sola cogitatione sibi

D 2

potis

pois est adipisci. Quid enim putas cum Virtute, quæ sola felix, beatus, contentus est animus, conferendum? An Corporis formam? quæ, Rosæ quasi Cypriæ, oriente sole venustatem explicat, cum occidente omni cadit pulchritudine? An Opes? quæ, minæ quasi Iunoniæ, pallorem modò incutiunt, modò ruborem excutiunt, terrorem excitant, quietem damnant, non tam diuæ Saturniæ nutibus obsequentes, quam repetitis inconstantis fortunæ ludibrijs obnoxia.

Rem meridiana luce clariorem persequor, & indignam Palladis lingua, quandoquidem solius ut Palladis est Virtus, ita solam Virtutem præ cæteris mortalium bonis Palladis est prædicare. Scilicet,

*Virtus, ætherei progenies patris,*  
*Natus natus sidero clarius,*  
*Clarissq; in sita mentibus*  
*Extra se nihil expetit,*

his ipsa contenta diuitijs, suis ipsa beata voluptatibus, alienæ quæ sitos pulchritudinis exosa, fucos, & sola veræ solidos habitus gloriæ induta, superato non periturae felicitatis fastigio. Non loquor opes, quæ ab imis terræ molis visceribus effodiuntur; in aliorum venturæ manus: nec formam, cui sexcenti carnea in mole insidiantur hostes ad eam obnixi, optinendam, ubi sola Virtus à sordibus libera terrenis non eripitur, non ferripitur, neq; naufragio amittitur, neq; incendio absumitur, neq; tempestate, neq; temporum permutatione mutatur. Hac Virtute quemcumq; videbit Orbis præditum, eum solum diuitem, solumq; felicem nuncupare debet: eum solum res fructuosas possidentem, ac æternas compellare poterit: eum solum rebus contentum suis omni honore prosequi, nihil appetentem reuereri, nulla re egentem admirari, nihil sibi deesse sentientem colere, nihil denique requirentem obseruare. A Pallade, imò à Virtute, quæ sui ipsius dos est amplissima, ne facultates alias expecta; quas non con-

tracta elargior manu, veræ sunt: nullius sunt parentes molesti, nullius sunt comites nauseæ, omnium verò difficultatum imperturbata victrices. Quamobrem, quam verè per amula Nomina status rerum omnium perfectione absolutus oblatus tibi fuerit, tu videris; certè id vnum te non latere volo, beneficentia, & veritate homines ad Deorum naturam accedere, modò nil fucati, nil speciosi, nil ambigui, quæ promittendo dixerint, & dicendo promiserint, præferat. Non umbras Voluptatum, non auras Honorum, fulgorèmq; Diuitiarum oculis non obijcio tuis, ubi si dixero posse me omnia, vereor, ne illud Elöpicum tibi exciter risum audienti singula omnia posse, cum vnica tantum censenda sit erga mortales verè benefica, & liberaliter tantum verà. Cum verò Parœmia vsu comprobata mentè subit, metus omnis abest: nã si tertia duas inter litigantes adueni, prope fit, ut gaudeam præmio, nisi tu ipse intercesseris. Sed absit, ut animum tam sinistra de te tangat opinio, quin ex solo vultu nosse te Palladem iuuat, ut me vel tacentem debito donec præmio. Hic arte dicendi, quamuis magistra tibi non applaudo; illarum est, quibus longa opus est oratio, cuius verisimilitudine velint tegere, quæ nolint vitia manifestari. Opes, & potentia Palladis satis patent ex seipsis: non indigent fucatis facundi sermonis coloribus; satis est, ut noris verum à falso dignoscere, & vera quæ sunt in homines à mea profecta beneficentia; bona discernere. Ego verò illa ipsa sum Pallas, quæ orra loue proximos illi solita sum occupare honores: cui credita, quæ vecant mortales animi bona, qui factus diuinæ particula cum sit aure, mea tanto præstabit cæteris, quanto lumen solis clarius esse suspicitur, accensa in terris facula. Natales indicaui, quibus æmulas supero; vires, sapientiam indiuiduam Virtutis comitem dicito, quæ animam sic format hominis, ut humanam se nihil omnino habere profitendum illi foret, nisi ab illa suam, quæ verè dicenda est, pulchritudinem accepisset mutuatam. Quare, postquam



tui procreatricem agnoueris, etiam tuis ab incunabilis formando creditam ingenio me senseris tuo, quandoquidem per me iam eò adductus sis, ut lites Numinum componere tuæ datum sit Sapientiæ, tuoq; iudicio relictum sit, quod hæcænus nemini Deorum contingere potuit munus. Ita prorsus est, qui te sapientem viderit, continuo simillimum Deo prædicarit; cuius virtus ut humano comprehendi nequit intellectus, sic neq; lingua diseri potest mortali. A stris dominatur, quisquis sapit; Orbem regit, quisquis sapiens; immò tegit, cui clypeus est Sapientia.

Cur hominis ergo custos, cur ars viuendi, cur sanitas animi, cur artium cunctarum non foret inuentrix? Cælos penetrat, quia diuinarum rerum: terris præsidet, quia humanarum scientia. Quis Deorum, præter sapientiam instar montis equum curauit ædificandum? Quis Deorum, præter sapientiam concurrentes inter Cyaneas Argoam tutata fuit Nauium? Quis præter sapientiam terra, mariq; tot obeuntem pericula Ithacensium Ducem fecit illustrem? Quis præter sapietiam Athenas, nobilissimam artium, & scientiarum sedem suo de nomine dixit? Nemo, præter sapientiam alatum Bellerophonti, Perseoq; Pegasus subministravit; nemo, præter sapientiam admirandam Arachnes peritiam, & industriam superauit; nemo, præter sapietiam produxit orbi Oliuam salutiferam, quia Pacificam; nemo, præter sapientiam Tydeo persuasit, ut omnes solus Thebanos ad quoduis certamen prouocaret, ac strenue vinceret, pat superis factus; nemo, præter sapientiam hominū animos bene consulentes, rectè iudicantes, agentes iustè perficit; nemo, præter sapientiam in mortalium mentes præsentium intelligentiam, præteritorum memoriam, futurorumq; prudentiam inducit; nemo deniq; Deorum, aut hominū præter sapientiam tam formidolosus sceleratis hominibus, quæ vigilans, moderata, & rebus agendis prouida suo deterret à conspectu, nec eos, ubi sit ipsa, requiescere permittit ad solū Palladis suæ nutum.

O vi-

O vires sapientiæ! ò Virtutis potentiam! ò felicitatem! ò Voluptatem ab vtraq; in vna Pallade in hominès deriuatam!

Quemadmodum igitur tibi gloriandū est maiores tibi donari vires, maiores tibi deferri dignitates, opes largiri tibi cumulatiores: ita tibi fatendum arbitror gratiores multò affore voluptates, delicias diuturniores, oblectationes dulciores, fructus iucūditatis maturiores, quàm quouis à numine, ad solum Palladis nutum, iuncta tibi cum sapientia Virtute.

Quid honores, quid opes, quid nobilitas, amabo, sine virtute? Quid vires sine sapientia? Quid voluptates sine prudentia? Humana sunt, & casibus fortunæ obnoxia, quæ tibi promittuntur. Aurum Iuno, cui non nemo continuas tendit insidias. Voluptatē Venus, quæ grauissima felicitatis veræ, quia sapientiæ aduersaria, corpori simul, & animo nocere consuevit. Diuina, quæ pollice or, & cœlica tangunt animum, & ab animo transfunduntur in corpus mira cum iucunditate. Nihil tam sapientiam, quàm Aurum arguit. Meum illud est; en Rhodi pluit Iupiter, quo die natam me vidit eius à cerebro cœlum. Nec autem frustra gesto Galeam, quam Poetarum Sapientissimus meo consilio capiti imposuit, verum sapientiæ argumentum. Honores nō loquor, quos vel tibi Iuno tribuit; aduerso cum rerum ordine dignitates à Cyeno Lyrico mutatas tibi occinuit, ubi, nec fallor enim, verè

*Ad summam Sapiens vno minor est Ioue, diues, liber, honoratus, pulcher, Rex deniq; Regum.*  
Nil tam vires indicat, quàm nuda Gorgonis facies, quam contra nemo ausit insurgere. Nihil tam robur palam facit, quàm huius hastæ aculeatus mucro. Sileo voluptates, quæ vel in defesso corpore hauriuntur ab animo, dum videt per euntes hinc honores, illic voluptates momentaneas manus dare, herbam potrigere, victas se fateri ab honoribus, quos sibi confert Sapientia: à voluptatibus, quibus afficit sese

sa-

sapientia. His te donabūt, quæ se profitentur Palladis sorores, Musæ. Musæ quarum pulchritudinem si desideras, S. lem respice, Apollinis induunt ora. Musæ, quarum cōcentu si tu caperis, non alios superis, dum choreas docunt, audiunt modos, Musæ, quarum artes si quæris, en te cōtinuò pueram centum artium, Musæ, quarum consortia si non refugis, en vnaqueq;

*Dignum laude virum Musa vetat mori,*  
en vnaqueq; te celo beat. Musæ, quarum facta, dictaq; semel animo si complecteris, nulla poterit vnquam cura mordax pectus perstringere. Musæ, quarū consilia si sequeris, ad certam viæ tranquillitatem cōcordes promouebunt; & diuitias, honorum insignia, fellas curules, falces laureas, statuas, triumphos, voluptates ab estenatis Cupidinibus oblatas, ne tuæ Palladi suffrageris, & sine pectore corpus geras, respuere te docebunt.

At quid solidioris animo voluptatis inesse poterit, quàm cum te videris in eam Virtutis, & Sapientie transisse, quæ sola sit, & vnica, possessionem? quæ, naufragium passa nauis, tecum enatet; quam, ardente patria, tecum portes. vt omnia; quæ fortunæ secunda, nitens trabalibus ita configatur per te clauis, vt à tuo latere nunquam aufugiat; vel eam tibi sicingas, vt in omnibus tibi ocyus Euro, diæo sit audiens futura. Victor fortunæ delatus hunc in locum, illius te finge fabrum, neque patere consultam fatorum optionem in probrum recidere: sed vide sedulo, vt testatam prudentis, & iustæ apud superos, apud mortales electionis de te, tuo relinquant Iudicio memoriam, dum tu p. superis delectus, nemini nostrum suspectus, Virtutis amans, sapientie studiosus, vero Virtutis, & Sapientie, tui præmiū, quod Palladi iure debes, Palladi iure decernis.

Quod, vt sperem, tuus iam iam Cocyx in Noctua mihi facram, & Sapientie, Virtutisq; familiarem volucrem mutatus, è gentilitio patriæ, Nobilitatis stemmate feliciter præcinit, prædicat auspiciò. Dixi.

CHO.

## CHORVS.

*Vt æquum statuere possit Iudex, Superos precatur.*

*Sic tibi nunc sanam concedam sidera Mentem,*

*Vt Superos votis opto sanare meis.*

*Ah me si fide dolis. viridi lates Anguis in herba,*

*Verbaq; fucatis sum medicata modis.*

*Si statuas æquum, proh gloria quanta manebit*

*Fata, istud qua te munus habere volumi.*

*Quin etiam ipsa dies niueo signanda lapillo*

*Tolletur celo laudibus immodicis.*

*Sic & honos, nomenq; tuum per secula vident,*

*Et Phrygio melior Iudice dictus eris.*

*Ne moneare minis. Astrea tuebatur æquum*

*Iudicium. Astrea Numine lectus eris.*

*Ne mea spes ergo me fallat, si facis, ecce*

*In toto Cygnus audiat orbe tuus.*

## IUDICIS ORATIO.

**T**Empestiua magis vota, omnia magis opportuna, preces accommodatiores tantæ liti dirimendæ Superis offerri per me non poterant, quàm quas pius, mearūq; satagens rerum chorus conceptis exprimere, & expromere auditus est verbis; procul dubio conscius animum grauibus oppressum non minus angustijs meum, quàm Herculis in biuio, quàm Scipionis in optione, aut Ganymedis in raptu, aut Paridis in primo sub Ida Monte iudicio. Titubantem tamen me confirmant præter ea, quæ priorem coegerunt in ordinem Iudicem, & eius ab animo reliquias excusserūt timoris, Iudicium de forma corporis non ferendum: Promissa de ponēdis, nec vnquam renouandis per Deas odijs: Libertas deniq; confirmandæ, in deferendo dignissimæ præmio, sententiæ. Et certè si Paridis

E

oculi

oculi periculosam obiere provinciam in corporis pulchritudine censenda, non videtur mihi relictam facilius mentis oculis negotium, dum non exterior videndi, sed interior iudicandi de illa, quæ animum format intus, & informat pulchritudine, sensus est adhibendus. Namq; ut oculi falli possunt, dum vicinum quid, distitum cernunt, sibiq; fingunt omnino admiranda, quæ ne tantillum quidem promerentur admirationis: à suo sic errore Mens non abest, dum non solum vera pro falsis sibi representat, sed etiã speciosa, & solo fulgore micantia, tanquam Solida supponit, & quæ nulla stabilitate firma sunt, immota veluti, & nullis obnoxia mutationibus decernit.

Ego verò, cuius nundum prima lanugo inxit malas, quem nec vltus rerum expoliuit, nec artium cognitio mentem exercuit, nec ad tantum pondus sustinendum prudentia communiuit, quò me vertam? quò confugia? quid consilij capiam? ut facta nulli Dearum iniuria, promerenti iuste præmium feram, ne Paris alter effectus, in fatorum ludibrium (per quæ mihi fors est de man dat) vecors explodar: & mente, non oculis captus circumferar. Inuideor tamen tibi sortem Alexander, & utinam ea oculorum acie præstarem, cuius ope cernere mihi concederetur eam animi pulchritudinem, de qua tam caute, tamq; religiosè mihi ferendum est iudicium; Immo parum abest, quin Tonanti cum Momo (ut ita dicam) succenseam, quòd patentem in hominis pectore ianuam non reliquerit, per quæ ea, quæ in interiori mentis thesauro continerentur, oculis conspicerentur, noscerentur.

Meliora Di; verba; nolim Iouis incusare, neq; naturæ carere tam grande, tamq; insignis opus. Satis verumq; putauisse mihi persuasum est, si dignosceretur ea pulchritudo intus animi visceribus latens, per ea, quæ fortiter, honestè, modestè, sapièter, & cù Virtute loquimur, operamur. Et quævis

*Segnius irritant animos demissa per aures,  
Quàm quæ sunt oculis subit et a fidelibus,  
ausim*

institum nihilominus mihi polliceri, ad quorum si quando natus, aut oculos, vel aures peruentura est huius mea sententia fama, & forma, eos suis illam nulla mora comprobaturus, suffragijs, nec in posterum Deas ad alium Iudicem prouocaturus. Quare sua licet per me Alexander recipiat sortem, cù tot à præcipiti oculorù iudicio damna retulerit, se ferit incommoda, in tot inciderit ærumnas; satius nãq; duco meã in rem conuertere, quod à sapiente Palladis oratione iam colligo beneficium, dum Prudentis esse concludit, alieno sapere periculo.

Ac, ut verum fatear, rem diuturniori temporis intervallo examinandam, & maturiori consilio dijudicandam, apud me constitueram, cum meis, quæ affulserant, oculis umbræ micantes, protinùs dissipata ad prima Palladis verba; cum quæ compleuerant aures, auræ ludentes ocyus fugitiuæ ad Palladis accentus, non nihil animo iniecerunt scrupuli, an id humano fieret artificio, an arte diuina Palladis, quæ certissimo mihi testaretur argumento, se solidiores, quàm Venerem voluptates; se diuitias, Principatus, opes, quàm Iunonem, certiores largituram. Hæsi aliquantulum, cum tandem exclusa penitus abs animo Veneris, & Iunonis memoria, soli reliquit locum Palladi; vbi visa per manus apprehendere me, meq; ad destinatam Principi sedem manu subleuare, & aurea Bellerophontis Pegaso insidentis, Chimæramq; perimentis imagine pectus insignire, caputq; Laurea præcingere corona, effecit, ut non aliò, quàm in se ipsam oculos conuerterim, nec aures, animumq; cæteris reserauerim.

Ignosceis amica mihi semper, ut spero, futura Numina; nec enim damno Veneris voluptates, neq; munera Iunonis respicio, si Virtutem sequantur, si comitantur Sapientiam; sed, quod verò verius est, mihi placet, quæ Voluptatem efficit Virtus, & quam affectantur, vobis vel annuentibus, Iunonij fastus, & pompæ, Sapientia.

Et quanquam à fati per Mercurium ad hanc dirimendam

denuò litem quæsitus non fuisset, nunquam tamen adduci potuissem, ut, si quem alium fata delegissent, qui Palladi succensisset, in eius iturus fuisset pedibus sententiam: quin Palladis in gratiam tali solus, totis corporis, & animi viribus intercedere, si licuisset, voluissem iudicio. Sed quoniam mihi contigit imponere tanto finem diffidio, cur ego varijs illi nominibus oblitricus, non suffragor? In lucem prodij, cõcurrente ad id operis quidem hinc Venere, hinc Iunone; scilicet corpus ut vivat, non ut anima formetur. Formavit Palladis Sapientia triplici potentia, quam sola Rationis Virtus novit ipsa perficere. Quis ad cunabula infantia vocitatur? Quis elementa pueritiæ meæ componit? Quis verba ut formarem, me instruit præter Palladem? Quis me, qui ad hoc munus exequendum præficerer, dignum præstitit, nisi, quæ me docuit eum, qui bene consulit, recte iudicat, agit honestè, prudentiæ, imò felicitatis numeris absolutum.

Quis hominum igitur hoc sine peccore corpus sibi exoptaret? Si menti sunt oculi, Prudentia Palladis ita regit illos, ne ferum perstringantur inanium fulgore. Si menti sunt aures, Sapientia Palladis illas ita complet, ut nulla capiatur aut opus, aut voluptatis gloriosa iactatione. Si menti sunt affectus, Modestia Palladis illos ita scit continere, ut in aliam inclinare nesciant partem, quam, quò rectum iuber, & honestum. Si ex mente ad linguam properant verba, Eloquentia Palladis ita componit, ut nihil præter virtutem commendet, nihil præter vitia carpat.

At Eloquentia Palladis facunda dirutas vrbes, nescio quis ad aures mihi obmurmurat; fateor, sed Auditorum iam malè affectorum vitio; vbi si pro vrbiũ numero excisarum maiori dandum est auream alicui ex vobis pomũ, certè carebit eo Pallas, cũ plures voluptate Venus corruerit, auroq; Iuno subuerterit, quã ferè tua Eloquentia pacis ad exoptatæ concordiam prouocaris, confirmaris. Hinc si menti curæ sunt

sunt Voluptates, sic animũ instruit Palladis temperata Virtus, ut fruatur fugientibus magis, quàm accedentibus. Si diuitiæ, si thesauri, si opes sunt menti desiderio, sic Palladis Cõtinentia proponit, ut spectentur oculo quidem, sed irretorto. Cur enim afficiat rebus ijs, quæ mei non sunt iuris? quæ tamen si sequantur, & obsequantur, non dedigner, ut vilia quædam tractare mancipia, sed; quibus possim ad animum, quando-cunq; liberis, aditum intercludere. Iniuriæ temporis, & fortunæ motibus obnoxia, quis sua patet? Fortunæ compesco motus turbulentos, temporis iniurias sisto, si Palladis hasta mihi militat, vel, si semel Sapientiæ insidens Tripodi, cœnria sub pedibus fluxa intueri voluero. Virium, & opum fuerit satis, abundè voluptatũ, si quas ex fortunato Sapientiæ, Virtutisq; confortio mihi promitto, cõpos, particepsq; fueris factus. Auram si patrio splendet in stemmate, malo cœlis lapsũ, quàm terris effossum. Acceptam refero Palladi. Lilia Gentilitia malo aspersa proprio sudore, quàm Iunoniolacte irrigata. Rosas accenso animi ardore malo inflammatas, quàm purpureo Veneris cruore tinctas. Montes laboris malo, quàm otij hospites; per hos ad felicitatis, quia Virtutis, & Sapientiæ ad apicẽ aditus datur, referatur. Hic fortasse melius habitat Musq; quibuscũ iũdius oblecter, quæ posthac edoceant dulcius meũ canere Coccygẽ, quàm canoros fluminis Caystrii cygnos, adẽ ut Noctũ (pace Palladis) præcepturus forte sit Palmæ præmium. Agite porro, quam reueretur Orbis centam Fortunæ Victicem, præter Virtutẽ, præter Sapientiam, præter Palladem? Immo verò, memini Iunonem vinculis auris constrictam in aère pendere. Memini Venerem Mulciberis retibus ferreis captam ludi, & illudi, Quid illud tandem Ouidianum

*Pisce Venus latuit, minea Saturnia Vacca?*

utraq; præmetu fugiens Gigantum futorem, quos contra stetit vnica generoso Pallas animo, sanoq; perculit, & arcuit cõsilio.

Inuideant modo mihi cæteri mortalium, tristentur, frendeant, quòd relicto Phrygis decreto, missas opes, & voluptates faciam, pallidosq; mihi sumam studiorum labores, & asperas laborum difficultates. Sed hic primus sit Iudicij mei fructus amplissimus, vt inuidiosus exponar vniuersis. Sola Virtus, sola Sapientia, sola Pallas suos inuidos habet, quia superiores omnibus omnes, immò vna omnibus.

Verù ne longiores afferam moras Iudicio, Palladem amo, quia felicitatis veras par es, dum bearas fore tū demum Republicas, & felices, vbi sapientes regnent, & reges sapiant, presentio, Palladem quæro, quia verorum largitrix honorū, dum Virtutem repulsæ nesciã, sordidæ, intaminatis fulgere honoribus, nec ponere, aut sumere secures arbitrio popularis auræ intelligo. Palladem sequor, quia certa opum verarum promacoda, dum audio Virtutis, & Sapientiæ solam esse, & constantem, & sempiternam possessionem. Ad Palladem confugio, quia non inanium cõciliatrix voluptatum, dum Virtutis, & Sapientiæ choro nihil pulchrius ad videndum, nihil iucundius ad audiendum, nihil delectabilibus ad fruendum doceor reperiri, quo capti, ac deliniti mortalium oculi, aures, & animi, se se Dijs simillimos arbitrentur. Ad Palladem igitur aduolo; valete Numina; quia Virtutem ambio, quia Sapientiam volo, Palladem complector, & Palladis fidei dum me totum committo, Præmium meritæ offero, Pomum Aureum iure trado. Dixi.

IVNO audito Iudicis Decreto discedit

*Si bona sic fidens Fortuna despicias, horum*

*Cur ego Iuno Parens, cur Dea dicta fui?*

Item VENVS.

*Ergo valere iubet, si sic bona Corporis, horum*

*Cur Venerem voluit Iuppiter, esse Deam?*

CHO.

Laudat Iudicem, gratulatur Palladi, eamq; hortatur, vt se fa-

uorem secundum promissa Iudicij præstet.

*Sic tua semper Themidis sacro*

*Nitent templo Gloria, qui sic*

*Iudicis aequi munere functus,*

*Dono Minerva ferre dediisti.*

*Quare læti plaudimus omnes*

*Plaudis & arbor, tellusq; tuis*

*Meritis gaudens, laudibus aucta.*

*Ergo age Pallas, quis modo veram*

*Ab Ioue natam Te non dicat,*

*Quando tandem per te paruit*

*Virtus, atq; Sophia*

*Caelis veniens, repetens caelos,*

*Potior mentis forma, decusq;*

*Animiq; bonum certius esse.*

*Hac forte una gaudet aeternum*

*Non tibi Iuno, non pulchra Venus*

*Inuisura est meritum posse has*

*Præmium: tibi quin quisq; Deorum*

*Plaudet, ut omnes nunc tibi læto*

*Plaudimus ore.*

*Sed parce precor, Numen amicum,*

*Ad tua si te promissa voco,*

*Iudicis aequi me causa habet,*

*Ille fauentem se tibi fecit,*

*Ille fauentem se sibi cernat,*

*Laudemq; ferat iusto per te*

*Iudice dignam, dum nos læto*

*Plaudimus ore.*

PAL.

40 PALLAS GRATVLAVNDA

suum sic alloquitur Iudicem.

**R**Edè moneor, sed neq; Superi tam labili memoria  
censendi, maximè cum de conferendis in mortales a-  
gitur propter merita beneficijs. Nolum tamen videri benefi-  
cio iam iam accepto per Te, Iudex æquissime, quidquam de-  
tractum, si minimam donorum Palladia fide, ac largitate tibi  
promissorum collatam videris portionem; non enim tam in-  
gens modò solvere beneficium, quod vix vnquam pro digni-  
tate reponendum reor. Promissi, non quæ aliena sūt, sed mea  
quæ sunt in potestate, dignitates, magistratus, sellas regias,  
coronas, præmia Virtuti, & Sapientiæ coniuncta, quæ ne ver-  
ba fidem fallant, cernis ad solum tuæ Palladis nutum parata  
per Famam circumferri. Ergo age, supremam in Academia  
tua sedem Princeps occupato, conscensurus olim ad altiora,  
Bellerophontis imaginem Palladis auspicijs Chimæram op-  
primentis præ te fer, vt, cuius ope nitendum sit tibi, quò for-  
titer prosternas æmulos, agnoscas. Lauream tuis immisceo  
Rosis, Lilijsq; Coronam, quæ capiti tuo imposta & fre-  
quentiores, & clariores vitescat ad triumphos. Dextram de-  
niq; dextræ iungo; quò tandem scias ita me tuis addictam fo-  
re meritis, vt minus à tuo, quàm ab Vlyssis, vel ab Antonij, si  
tali nupta marito debui obsequi, sim latere discessura. Quod  
reliquum est, varios vecta per orbis fama, memoradum he-  
roici tui animi facinus, in deferendo Palladi Pomo Aureo  
publicabit, lustriorem te Paride prædicabit, Palladis Corcu-  
lum te commendabit, Nymphas, Musas, Apollinem, ipsumq;  
Iouem tuo ministraturos imperio prouocabit, Nomen poste-  
ritati tuum ita cõsignabit, vt, quia tam fatis acceptum fuit an-  
te fata, nunquam post fata pereat, sed perennet apud Deos  
inter mortales, Deos inter apud mortales.



BONONIÆ, Typis Io. Baptistæ Ferronij 1644.  
Superiorum permissu.



BONONIÆ Typis Jo. Baptistæ Ferronii 1744.  
Zuberionum permissu.

F A M A

Audito Palladis iussu sic Deam affatur.

Nil prohibet, tua iussa lubens, Tritonia Pallas,  
 Exequor, & varias Cæliq; Soliq; per oras  
 Lapsa fero Nomen iam Iussi Iudicis ausu  
 Egregio, sed enim Superis bene credita, & imis  
 Nil mentita loquor: Verum, hæc hæret in uno,  
 Ne noua lis superos spūm in contraria quondam  
 Froncor, vnde alij certem pro Iudice, nec non  
 Pro Te alij, Pallas, tantus fauor occupat aures,  
 Atq; animos, an te cumulatam munere possi,  
 Affectura pari sis munere? Tale sed atas  
 Dissidium ventura sciat. Nil iam moror, orbem  
 Quam vitrumq; petam alarum plaudente volatu,  
 Quo Dea, quo Iudex, vobis similis vterq;  
 Plaudat, & at heresq; meritis indicat honores.

CHORVS.

Applaudite Palladi, Iudici Lyceo.

Plaudite Cæli, plaudite terra,  
 Dum Fama volat per vitrumq; palmis,  
 Diffusa decus Palladis alma,  
 Diffusa decus Iudicis aequi.  
 Plaudite cæli, plaudite terra,  
 Lis cessauit mota tot annos,  
 Palmamq; tulit Iudice ab æquo  
 Sapiens Pallas, doctaq; Pallas.  
 Plaudite cæli, plaudite terra.  
 Plaudite Lycenm, dum tibi Princeps,

Qui



Qui fortunet te luce sua,  
Datur à sacro Palladis orō, A 3

MERCVRII LIBRIS TOIBUA

Soluit Ludum, *Dimittite Spectatores.*  
 Soluta Lise, *Praemium Pallae refert.*  
 Equusq; Iudex gaudet impario, *Nihil*  
 Superesse cecidit, *quia me tua cūli*  
 Redeam citatus, *Quin, nisi hic fac iis manas.*  
 Vobis praiba luce, *qua calis mico.*  
 Mora nulla; *quid vos tardat? Ad caelos vocor.*



106801





